

1426 III. Kal. Martii

Ex Hist. Minusculi
Waddingi.

Ut iidem aliam recipiant in Oppido Nisesevia.

Venerabili Fratri Episcopo Vladislavine.

331.

74

Quis et honestis supplicium etc. Sane pro parte dilectorum Filiorum Provincialis Ministri, et Fratrum Domorum ejusdem Ordinis Province Regni Polonie, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim charissimus in Christo Filius Noster Vladislavus Polonie Rex illustris etc. quendam locum in Oppido Nisesevia Vladislavine Diocesi consistentem pro usu et habitatione aliquorum dicti Ordinis Fratrum etc. Provinciali Ministro, et Fratribus eidem donavit, et assignavit. Quare pro parte Provincialis Ministri, et Fratrum prefatorum Nobis fuit humiliter supplicatum ut etc. Nos igitur etc. fraternitati tue etc. mandamus quatenus vocatis quorum interest, si illorum ad id accedat assensus Provinciali Ministro, et Fratribus ejusdem locum prefatum recipiendi et reparandi ac in illo Domum cum Ecclesia etc. ac officinis hujusmodi construendi etc. licentiam largiatis: non obstat tam fel. recor. Bonifacii Papae.

VIII. etc., quam alijs etc. quibuscumq; Jure Parochi-
alis etc. salvo. Volumus autem et Apostolica Au-
toritate concedimus, quod Fratres dicti Ordinis
qui in hujusmodi novis Domibus morabuntur
omnibus Privilegijs etc. gaudeant et utantur
quibus alij Fratres dicti Ordinis in alijs etc
gaudent etc. Datum Romae apud S^{mo} A-
postolos iij Cal: Martij Anno Nono.